



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

32. Ecclesia quando dicatur de mensa monasterii exempti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

Clausule, ut & quod dari non possit de sub & obreptione, frivolas tantum exceptiones collunt, non vero quæ in Jure sum fundatæ, Farinac. dec. 461. part. 1. Inde que est quod dolosus aut enormiter iæsis, tales clausule non habeant suffragari. l. m. fundatæ dæri vend. l. qui sub prætextu C. desatror. Eccl. Farin. d. decif. 461. n. 3.

## QUÆSTIO XXXII.

Ecclesia quando dicatur esse de mensa Monasterii.

## SUM MARIUM.

1. Ecclesia unica Monasterio annexa censemur; quando sita est intra Monasterium, seu dominium, seu territorium.
  2. Si quando percepintur Decimæ.
  3. Aut ex presentatione Vicariorum.
  4. Aut ex subitione onerum.
  5. De Jure prohibitum non est Monasteriis, habere Ecclesiæ etiam parochiales.
- Frequenter sunt in Monasteriis exempla, quæ Ecclesiæ habent annexas, seu de coram mensa, dubitatur itaque, unde ejusmodi Ecclesiæ de Monasteriorum mensa esse colligantur? colligitur id multis ex signis. Primo, si Ecclesiæ sint intra territorium sive Dominium Monasterii. Gloss. & DD. cap. de Monachis de probendis Rad. decif. 15 de Jure Patr. in Antiq. Far. decif. 204. part. 2. Secundo ex perceptione decimarum, quæ de Jure debentur Ecclesiæ Parochiali. cap. cum contingat de decimis. Card. Clem. n. 10. quest. 9. de offic. Vicarii Far. d. dec. 204. num. 1. Tertiò ex presentatione Vicariorum: inde enim principalis curapenes Abbatem residere presumitur, Vital. in Clem. l. n. 7. de offic. Vic. c. 1. de Capell. Monach. Fel. 3 cap. ex parte 2. n. 1. de Rescripto.
- Quarto, ex subitione onerum. Glo. Clem. unica verb. ad mensam ubi DD. de excesso. Prelat. Rebuff de congr. Poet. n. 134. Neque obstat, si Episcopus talium Ecclesiærum 4 Rectores soleat instituere: propria enim ea non est institutio, sed est autorisabilis institutio, quæ in Ecclesiæ de mensa Monasterio spectat ad Episcopum, c. 1. & ibid. gl. verb. presentetur simul iunctu de Capell. Monach. Far. d. decif. 204. n. 6. ut proinde ex signis Ecclesia debeat censeri subiecta & annexa Monasterio. Card. Clem. q. 1. in pr. de Jure patr. Far. d. dec. 204. num. 5. Praesertim quod de Jure prohibitum non sit Monasteriis habere Ecclesiæ etiam Parochiales curam animarum habentes, c. 1. de Monach. Abb. d. c. 1. n. 1. & 6. de cap. Monach. Far. d. dec. 204. n. 8. de qua quæstione, video etiam quæ hac eadem parte lupra scripti qm. 18. & 32-33.

## QUÆSTIO XXXIII.

Loca qualiter prohibentur esse de Diœcesi.

## SUM MARIUM.

1. Eodem modo probatur locus esse de Diœcesi, 3. Instrumentalis probatio, posterior testibus quo jurisdictionis fides soleat probari.
2. Instrumentum antiquissimum credendum est.
3. Prescriptione probatur locus esse de Diœcesi.
4. Non